



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hexameron Mysteriologicvm in quo ex Gen. c. 1.  
Cosmopoeja Hominis Lapsi Mystica id est Omnia omnium  
à Creatione Mundi statuum propriè dicta Sacra menta  
salutis perditae restaurativa nec non Hierarchia ...**

**Stummel, Friedrich  
Sneps, Martin**

**Heripoli, 1663**

Reseratio Tertia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9468**

## 5.

cujus splendore in lege naturæ  
ex opere operato venustantur  
omnes, non solum adulti, viri  
vel mulieres, sed & eorum par-  
vuli, præsertim cum essent mo-  
rituri mediante Remediō legis  
naturæ, quod proinde vanè  
quidam afferunt fuisse solum  
fidem interiorem, quin potius  
signum aliquod externum (etsi  
nobis secretum) fidei internæ  
protestativum ac gratiæ, quam  
dividebat Deus à tenebris tum  
significandæ, tum efficiendæ  
vim habens, proprieq; dictum  
credimus Sacramentum ad sa-  
lutem viatorum in statu natu-  
ræ à DEO designatum.

## RESERATIO TERTIA.

Compleetur dies prima. Malitia  
hominum morte multatur

A 3

per

per diluvium. Inchoatur dies  
mundi altera.

**D**iscretione tenebrarum per-  
actâ, factū est vesperè & ma-  
nè dies unus. Oberrantes hujus  
diei horæ, quas volubiles ho-  
minum omnium ab Adam ad  
Noë vitas nuncupo, in horo-  
logio liberi arbitrii à Syndere-  
seos gnomone supra modum

Gen. 7. dissonabant ; vidit Deus quod  
v. 5. malitia multa esset in terra, &  
cuncta cogitatio cordis esset ad  
malum omni tempore &c. dele-  
bo, malorum vindex Deus, bo-  
minem, quem creavi à facie terræ;  
Terræ, dixit, hanc nimicu[m] ru-  
ptis cœli cataractis notus ille  
cataclysmus universim decir-  
cinans, jubente Deo, ita exani-  
mavit, ut revera factum sit pro-  
pter macularum nigredinem

ve.

vesperè universæ carnis, & ma-  
 nè dies unus ab Adamo usq; ad  
 Noëmum. Per vespere desi-  
 gnatur principium noctis, per  
 manè principium diei, ergo,  
 jamjam aquarum lingua de-  
 cantat: quod si inter aquas Ve-  
 sperè mundi infantiam necat,  
 easdem inter aquas manè mun-  
 di effert adolescentiam à Noë  
 ad Abrahamum, imò mundi  
 orsam juventutem in Abraham  
 firmamentō Deus obsigillat  
 sempiternō; lege & intellige:  
 dixit quoq; Deus: sic firmamen-  
 sum in medio aquarum & di-  
 vidat aquas ab aquis. Et fecit De-  
 us firmamentum, divisitq; aquas,  
 que erant sub firmamento, ab his,  
 que erant super firmamentum:  
 jam sit

RE.